

DER MESSRITUS DES PRAEMONSTRATENSERORDENS

(Fortsetzung).

TEXTE

I.

Missale von 1530 — Weale-Bohatta, *Catalogus missalium*, Nr 1672, fol. CXVa-CXXIXb.

Quando sacerdos preparat se ad cantandum. Antiphona : Ne reminiscaris... *Psalmi* : Quam dilecta...; Benedixisti...; Inclina Domine...; Credidi propter quod...; Appropinquet...; *Antiphona* : Ne reminiscaris Domine delicta mea vel parentum meorum neque vindictam sumas de peccatis meis.

Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Pater noster...

Et ne nos inducas...

Ego dixi, Domine, miserere mei. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

Proba me, Domine, et tenta me. Ure renes meos et cor meum.

Non veniat michi pes superbiae. Et manus peccatoris non moveat me.

Sacerdotes induantur iusticia. Et sancti tui exsultent.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio : Suppliciter te Deus omnipotens pater deprecor, ut dum me famulum tuum coram omnipotentia maiestatis tue graviter deliquisse confiteor, manum misericordie tue michi porrigas et que nequiter admisi clementer digneris ignoscere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dum casulam induit : Indue me, Domine, vestimento humilitatis, charitatis et pacis, ut undique protectus atque munitus valeam resistere viciis et hostibus mentis et corporis. Amen.

Post casulam Psalmus : Judica me Domine et discerne... Introibo ad altare Dei. Ad Deum, qui letificat iuventutem meam.

Confiteor Deo omnipotenti et beate Marie et omnibus sanctis et vobis fratribus, quia peccavi cogitatione, locutione et opere, mea culpa. Ideo precor te, Virgo Maria, et vos omnes sancti et vos fratres orare pro me.

Misereatur tui (vel *vestri* : Missale von 1578) omnipotens Deus et dimissis omnibus peccatis tuis (vel *vestris* : Missale von 1578) perducatur te (vel *vos* : Missale von 1578) ad vitam eternam. Amen.

Indulgentiam, absolutionem et remissionem omnium peccatorum nostro-

rum et gratiam sancti Spiritus tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Post confessionem ante altare : Aufer a nobis quesumus, Domine, iniquitates nostras, ut mereamur puris mentibus introire ad sancta sanctorum. Amen.

Benedictio super dyaconum : Dominus sit in corde et in ore tuo, ut digne annuncies evangelium Christi.

Benedictio incensi : Ab eo benedicatur, in cujus honore crematur. Amen.

Canon minor. Dum ponitur aqua in calice : Fiat hec commixtio vini et aque pariter in nomine Domini nostri Jhesu Christi, de cujus latere exivit sanguis et aqua.

Dum offertur hostia et calix : Panem celestem (das Miss. von 1578 fügt hier ein † ein) et calicem († im Miss. von 1578) salutaris accipiam et nomen Domini invocabo.

Cum calix coopertus fuerit : Veni invisibilis sanctificator, sanctifica hoc sacrificium tibi preparatum.

Statim sacerdos inclinans se dicit : Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offerrimus in memoriam passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri Jesu Christi et in honorem beate Marie semper virginis (das Miss. von 1578 fügt hinzu : *et sancti Johannis Baptistae*) et omnium celestium virtutum et omnium sanctorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem, et ut illi omnes pro nobis et pro cunctis fidelibus vivis et defunctis orare dignentur in celis, quorum memoriam facimus in terris. Qui vivis et regnas.

Deprecatio sacerdotis ad populum : Orate fratres pro me peccatore, ut meum pariter et vestrum in conspectu Domini acceptum sit sacrificium.

Responsio populi : Dominus sit in corde et in ore tuo suscipiatque Dominus Deus de manibus tuis sacrificium istud et orationes tue ascendant in memoriam ante Deum pro nostra et totius populi salute.

Laus angelica. Folgt das *Gloria*; für die Noten zum Anstimmen sind vier rote Zeilen vorgedruckt, die Noten selbst sind durch ein drucktechnisches Versehen ausgefallen. Dann folgt das Gloria de beata Maria mit Tropen.

Es folgt das *Credo* ohne Rubrik. Noten zum Anstimmen sind für ein Credo angegeben, für das zweite Credo sind wohl die Zeilen für die Noten vorgedruckt, die Noten selbst fehlen.

Oratio ante communionem : Veni, Domine Jesu Christe, veni, cui ego miser peccavi, veni et obliviscere peccatum meum, pro quo effudisti sanguinem tuum; veni, Jesu dulcissime, et da michi cibum salutis eterne; veni infirmorum medicus; veni ieiunantium cibum; veni et visita domum istam nomini tuo dedicatam; veni dilecte mi; teneam te et in eternum ne dimittas me. Veni gaudium spiritus mei, veni leticia cordis mei, veni exultatio et gloria mea : ut delectetur in te anima mea. Ecce, pie Jesu, ad te venio : in quem spero, quem toto corde desidero, quem tota mentis intentione aspicio : quem totis visceribus amplector, cuius corpus et sanguinem suscipere cupio : ut ultra in me maneat et usque in eternum me non dimittas. Amen.

Die Präfationen. Sequitur prefatio communis. Folgt die Praefatio communis. *In nativitate Domini* : folgt die Praefatio de Nativitate Domini mit Communicantes. *In apparitione Domini Prefacio* : folgt die Praefatio de

Epiphania Domini. *De quadragesima* : folgt die Praefatio de quadragesima. *De sancta Cruce* : folgt die Praefatio de sancta Cruce mit Communicantes, Hanc Igitur und Qui pridie. *De resurrectione* : folgt die Praefatio paschalis mit Communicantes und Hanc igitur. *De ascensione Domini* : folgt die Praefatio de Ascensione Domini mit Communicantes. *De penthecoste prefacio* : folgt die Praefatio de Spiritu Sancto. *De sancta Trinitate* : folgt die Praefatio de sanctissima Trinitate. *De sancta Maria* : folgt die Praefatio de beata Maria Virgine. *Prefacio de apostolis* : folgt die Praefatio de Apostolis.

Canon major Vom *Te igitur* bis zum *Pax Domini* Text des Canon. (*Hic sacerdos in medio altaris devote se inclinet*) : *Te igitur...* Im *Te igitur* : ...petimus (*Hic erigat se*) uti accepta habeas et benedicas, hec † dona, hec † munera, hec † sancta sacrificia illibata.

In der *Commemoratio pro vivis* : ... famularumque tuarum N. (*Hic recitet nomina vivorum*) et omnium circumstantium... (*Hic levet manus in altum*) : Communicantes... (*Hic inclinet se*) : Hanc igitur... (*Hic erigat se*) : Quam oblationem... Im *Quam oblationem* : ...quesumus, bene†dictam, ascri†ptam, ra†tam, rationabilem acceptabilemque facere digneris, ut nobis Cor†pus et San†guis... (*Hic purget digitos et accipiat hostiam*) : Qui pridie... bene†dixit, fregit, dedit discipulis suis dicens : Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. (*Hic elevet corpus Domini et accipiat calicem*) : Simili modo... bene†dixit... ex eo omnes. (*Hic elevet calicem*). Hec quotiescumque...

(*Extendat brachia in modum crucis*) : Unde et memores... hostiam † puram, hostiam † sanctam, hostiam † immaculatam, panem sanctum † vite eterne et calicem † salutis perpetue. (*Ponat manus iunctas super utrumque dicens*) : Supra que propitio... (*Cancellatis manibus inclinet*) : Supplices te rogamus... Im *Supplices te rogamus* : ...divine majestatis tue (*Hic erigat se et osculet altare dicens*) : Ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui Cor†pus et San†guinem sumpserimus, (*Hic signet se ipsum signo crucis dicens*) omni benedi†ctione celesti. In der *Commemoratio pro defunctis* : ...in somno pacis N. (*Hic recitet nomina defunctorum*) Ipsi, Domine...

(*Tundat pectus et exaltet vocem*) : Nobis quoque peccatoribus... Per quem hec omnia Domine semper bona creas (*Hic signet utrumque*) sancti†ficas, vivi†ficas, bene†dicis et prestas nobis. (*Hic faciat quatuor cruces super calicem cum hostia et quintam in labra calicis*) Per † ipsum et cum † ipso et in † ipso est tibi Deo † patri omnipotenti in unitate Spiritus sancti † omnis honor et gloria. (*Hic tangat calicem cum oblata et mutet vocem*) : Per omnia secula seculorum. Amen. (*Hic elevet patenam dicens sub silentio*) : Libera nos quesumus... Da propicius pacem in diebus nostris (*Hic osculetur patenam faciendo crucem*) ut ope miseri†cordie tue adiuti et a peccato simus semper liberi (*Hic signet se cum patena in fronte*) et ab omni perturbatione securi (*Hic dividat hostiam per medium*). Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum (*Hic dividat alteram partem*) qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus (*Levet calicem dicens*). Per omnia secula seculorum. Amen.

(*Hic faciat crucem cum tertia parte hostie super calicem*) : Pax Do†mini sit sem†per vo†biscum. Et cum spiritu tuo.

Agnus Dei... Dreimal, wie im Missale Pianum.

(*Dimittat tertiam partem in calicem dicens*) : Hec sacrosancta commixtio corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi fiat michi et omnibus summentibus salus mentis et corporis et ad vitam capescendam eternam preparatio salutaris.

Domine Jesu Christe, qui dixisti apostolis tuis : pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesie tue, eamque secundum voluntatem tuam pacificare, custodire, adunare et regere dignare. Qui vivis etc.

Habete vinculum charitatis et pacis, ut apti sitis sacrosanctis mysteriis Dei. Amen.

Ante perceptionem : Domine Jesu Christi, fili Dei vivi, qui ex voluntate patris cooperante Spiritu Sancto per mortem tuam mundum vivificasti : libera me per hoc sacrum Corpus et Sanguinem tuum a cunctis iniquitatibus et universis malis : et fac me tuis semper obedire mandatis, et a te nunquam in perpetuum permittas separari. Qui vivis etc.

Post perceptionem : Perceptio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi prosit anime mee et corpori meo in vitam eternam. Amen.

Oratio post Missam : Placeat tibi sancta Trinitas... (*wie im Pianischen Missale*)... Per omnia secula seculorum. Amen.

Post Missam : *Antiphona* : Trium puerorum... *Psalmi* : Benedicite omnia...; Laudate Dominum omnes gentes...; Lauda anima mea...; Laudate Dominum in sanctis ejus...; Nunc dimittis...; *Antiphona* : Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant in camino ignis benedicentes Dominum.

Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Pater noster...

Et ne nos inducas... Sed libera nos.

Confiteantur tibi omnia opera tua... Et sancti...

Non nobis, Domine, non nobis... Sed nomini tuo...

Exultabunt sancti in gloria... Letabuntur...

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Collecta : Deus, qui tribus pueris... (*wie im Missale Pianum*).

Item alia collecta : Actiones nostras, quesumus, Domine, aspirando preveni et adiuvando proseguere : ut cuncta nostra operatio et a te semper incipiat et per te cepta finiatur.

Item alia collecta : Omnium sanctorum tuorum; Domine, supplicatione placatus et veniam nobis tribue et remedia sempiterna concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum.

« Sequuntur accidentia misse. »

Si post mediam noctem quis comederit aut etiam medici consilio aliquid hauserit : licet postea dormierit : non debet illa die celebrare. Qui vero non dormierit nec comedit aut bibit, poterit celebrare.

Si infra missam ante consecrationem se recolat comedisse vel bibisse vel esse in peccato mortali vel irregularem vel excommunicatum, quorum non erat memor ante missam, tunc maxime propter excommunicationem et comestionem non procedat nisi de scandalo, si desisteret, timeatur. Vel ut dicit Dominus Bonaventura, si habet propositum confitendi et contritionem de peccatis, poterit perficere. Si vero post consecrationem recordetur ali-

cuius predictorum, habita contritione cum proposito confitendi et satisfaciendi debet procedere. Non debet tamen sacerdos in missa de statu suo cogitare, sed ad sacramentum et ea, quae sibi peragenda sunt, iugiter meditari.

Si ante consecrationem musca vel aranea aut aliud simile reperiatur, totum in piscinam effundatur, calix abluatur, vinum aliud et aqua ponantur. Si vero hoc post consecrationem reperiatur, captum animal abluatur et comburatur. Cinis et ablutio in piscinam ponantur, propter venenum aut aliud abhominabile calix a nullo sumatur, sed in vase mundo aptoque cum reliquis reservetur et statim vinum et aqua in calice ponantur et fiat consecratio a *Simili modo* et sacrificium perficiatur.

Non sunt consecratae gutte, quae forte sunt extra calicem vel infra in circumferentia nec hostia vel pars eius, quas sacerdos non proposuit consecrare. Si vero dubitet de fragmentis an ab hostia consecrata vel non consecrata processerint, cum illud cognoverit, post sumptionem tamen sacramenti eaumat.

Si propter frigus aut aliquam negligentiam hostia vel pars hostie cadat in calicem post consecrationem utriusque ulterius procedatur nec aliquid propter hoc immutetur. Similiter si hostiam ante tempus debitum ex inconsideratione diviserit, procedat ulterius nichil immutando.

Si in hostia appareat forma carnis vel alia quam panis, talis hostia non sumatur, sed in sacrario reponatur novaque hostia accipiat et consecratur.

Si celebrans non recolit, se dixisse verba sacramentalia, non debet turbari sed procedere, si etiam sibi constet, quod omisit aliqua verba, quae non sunt de forma consecrationis, non resumat illa, sed ulterius procedat. Sed si certus est omisisse quodcumque verbum de forma consecrationis, resumat totam formam scilicet *Hoc est enim* vel *Hic est enim calix*. Si sacerdos celebrans putat ante se habere decem hostias et sunt undecim, si intendat consecrare quod est ante se nichil reservando ex intentione, omnes sunt consecrate. Consultitur ergo, ut supra totum quod est ante se non habendo considerationem ad certum numerum intentionem ferat.

Si sacerdos ante consecrationem infirmitate deficiat, non oportet missam ab alio perfici.

Si vero in ipsa prolatione verborum consecrationis panis deficiat sic quod dubitetur an sacramentum confectum sit, alius sacerdos a principio illius consecrationis incipiat et sub conditione hostiam panis, quam reperit, consecret et missam perficiat.

Si vero in consecratione sanguinis deficiat, sic quod dubitetur, ut prius utrum consecraverit, alius sacerdos novam hostiam panis et vinum in alio calice accipiat et hostiam novam cum alio vino primum etiam sub conditione consecret, totumumat et missam compleat.

Si sacerdos post consecrationem corporis sanguine nondum consecrato deficiat, alius novam quam consecret hostiam accipiat et totumumat et missam more solito perficiat. Si post consecrationem utriusque nullo sacramento sumpto defecerit, alius sacerdos, ubi dimissum est, incipiat et fiat sacramenta inventa sumendo.

Si de cibo diei precedentis aliquid in ore permanserit, quod deglutierit, vel aqua in modica quantitate in os lavando intraverit non impedit celebrare. Caveat autem, ne id contingat.

Si post consecrationem corporis cognoverit non esse vinum in calice siquidem corpus non sumpserit, calicem rite preparet et ab illo loco *Simili modo* incipiat et missam compleat.

Si vero corpus dominicum sumpserit, hostiam novam cum calice rite preparet, consecret, sumat et perficiat.

Si vero post consecrationem sanguinis recordetur aquam non posuisse in calice missam more solito compleat caveatque, ne infra calicem sacrum aquam infundat.

Si aquam solam, super quam verba consecrationis errore protulit putans calicem esse rite preparatum, sumpserit, accipiat hostiam novam, quam consecret, et preparet calicem ponendo vinum et aquam more solito, consecret et perficiat. Quia preceptum de perfectione sacramenti maius est quam preceptum, quod sacramentum a ieiunis conficiatur et sumatur.

Si sacerdos post sumptionem sacramenti species evomuerit, debet vomitus ille cremari et cineres iuxta altare recondi.

Non est consecratum vinum per immissionem partis hostie consecrate in ipsum, quod facit Ecclesia die veneris sancta.

Si de sanguine supra corporale aut aliud ornamentum seu vestimentum ceciderit, pars illa abscindatur et in loco reliquiarum servetur, prius tamen, quantum fieri poterit, sacramentum extrahatur, vestimentum abluatur et ablutio a sacerdote sumatur.

Si vero super terram, lapidem vel lignum de sanguine ceciderit, lingendus, extergendus et radendus est locus ille et pulvis in sacro loco reponendus.

Oratio post communionem : Gratias ago tibi omnipotens et misericors Deus meus gratiarum actiones tremende tue maiestati, piissime et immense pater, habeo, quia me indignum et miserum peccatorem precioso corpore et sanguine filii tui Domini nostri Jesu Christi consolari et satiare dignatus es. Queso igitur, dulcissime Domine Jesu, ut hec sancta communio non sit michi ad iudicium et condemnationem, sed tua gratia et pietate sit michi suavitas et dulcedo anime mee, salus et sanctitas in omni tentatione, pax et gaudium in omni tribulatione, lumen et virtus in omni verbo et opere, solatium et tutela finalis in morte ad evadendas et conterendas omnium inimicorum meorum insidias et proficiat michi ad salutem corporis et anime in vitam eternam. Et presta, ut ibi nulla immaneat peccati macula, ubi tua sancta introierunt sacramenta. Amen.

Alia oratio post communionem : O Serenissima et inclyta mater Domini nostri Jesu Christi, pia et perpetua virgo Maria, que eundem creatorem omnium creaturarum in tuo sanctissimo corpore portare digna fuisti eundemque Spiritu sancto cooperante intacta et inviolata permanens in salutem totius generis peperisti, cuius idem veracissimum corpus ego indignus et miser peccator sumere presumpsi, ad ipsum queso pro me intercedere digneris, ut quidquid in eius ineffabili servitio ignoranter vel qualicumque modo deliqui tuis sanctissimis meritis et precibus ac omnium sanctorum michi clementer dignetur indulgere ac gratiam tribuere, qua de cetero emendatius vivere valeam sicque presentem vitam in sancto timore et solitudine peragere, quatenus post huius infelicis vite miserias felici consummata victoria ad gaudia eterne felicitatis cum his, pro quibus oravi vel qualicumque modo orare teneor atque cum omni populo Dei vivis simul

ac defunctis introduci merear. Prestante eodem Domino nostro Jesu Christo, filio tuo, qui panis existens angelorum per te factus est cibus viatorum. Super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Item alia oratio : Laudo, benedico et gratias ago tibi dulcissime Jesu, quod me indignum ad tam mirificum ac salutare convivium invitare dignatus es et dignissimo sacramento corporis et sanguinis tui refecisti. Eya rogo te, clementissime Jesu, per hanc ineffabilem misericordie tue dignationem, ut hoc vivificum sacramentum sit michi contra omnium peccatorum meorum vulnera efficacissimum medicamentum ac omnis gratie et virtutis copiosissimum complementum. Sit michi etiam hoc dulcissimum sacramentum tam in vita quam in morte contra omnia pericula validissimum tutamentum et ad eternam beatitudinem solidissimum fulcimentum. Mi Domine Jesu, queso te per hanc sanctissimam eucharistiam et per merita et intercessionem sanctissime virginis Marie matris tue et omnium sanctorum tuorum, ne me permittas amplius quocunque tentationis impulsu separari a te, sed da michi, ut a peccatis emendatus et virtutibus fecundatus ac fine bono consummatus atque a perpetue damnationis periculo liberatus a te in eterne felicitatis convivio recipi merear et cum omnibus sanctis in sempiternae exultationis tripudio iocundari ac te in eternum laudare et glorificare. Amen.

LAUS DEO.

II.

Missale des Generalabtes Despruets von 1578. Weale-Bohatta, *Catalogus missalium*, Nr 1673, fol. 135b-150b.

Praeparatio ad missam : Sequuntur ea, quae observanda sunt a sacerdote celebrante. Et primo dum vult se praeparare ad celebrandam missam, genibus flexis dicat hymnum *Veni creator* et adjungat versum et collectam de sancto Spiritu; postea antiphona *Ne reminiscaris* et psalmos sequentes cum precibus adjunctis, prout plenius continentur in codice parvarum precum nostri Ordinis, in quo eiusmodi praeparationes per totum describuntur.

Dann folgen die Gebete des Missale von 1530 von der Antiphon *Ne reminiscaris* bis zur Oration *Suppliciter te Deus*.

Dann folgt die « Alia Oratio S. Ambrosii ante Missam » *Ad mensam dulcissimi convivii tui*, die « Oratio S. Thomae Aquinatis » *Omnipotens sempiternae Deus* die beide im Missale Romanum unter den Orationen bei der Praeparatio ad missam stehen, und die « Oratio Sancti Bonaventurae » *Transfige dulcissime Domine Jesu* des Missale Pianum, die dort unter den Orationen bei der Gratiarum actio post missam steht.

Cum autem induit amictum dicat : Humeros et pectus meum Spiritu sancti gratia protege Domine : renesque meos a vitiis omnibus absterge ad sacrificandum tibi Domino Deo regnanti. Per Christum.

Sumendo albam : Indue me Domine ornamento humilitatis, castitatis et pacis : et circunda me lorica fortitudinis. Per Christum.

Ad cingulum : Lumbos meos zona iustitiae circuncinge Domine : et circunda vitia cordis et corporis mei. Per.

Ad manipulum : Da Domine virtutem manibus meis ad abstergendum peccati maculam : ut mundo corde et casto corpore tibi valeam ministrare. Per.

Ad stolam : Stola iustitiae circunda Domine cervicem meam : et ab omni corruptione peccati purifica mentem meam. Per Christum.

Dum casulam induit : Indue me Domine vestimento humilitatis... wie im Missale von 1530.

Post casulam Psalmus : Judica me... folgt das Staffelgebet wie im Missale von 1530.

Benedictio super dyaconum : Dominus sit in corde... wie im Missale von 1530.

Benedictio incensi : Ab eo benedicatur... wie im Missale von 1530.

Der Canon minor stimmt mit dem des Missale von 1530 wörtlich überein, einige kleine Abweichungen sind oben angegeben.

Folgt das *Gloria in excelsis Deo* und das *Ite Missa est* mit Noten zum Anstimmen in mehrfacher Form für die verschiedenen Feste : In praecipuis solennitatibus; In mediocribus solennitatibus et in duplicibus solennibus; In festis duplicibus et dum cantatur de beata Maria; In festis Sanctorum celebribus et diebus Dominicis; In festis novem lectionum et trium etiam; In matutinali Missa tam diebus Dominicis quam festis; Laus angelica.

Folgt der Text des *Gloria*.

De beata Maria : Dum cantatur, sub hac nota incipitur. Folgen Noten zum Anstimmen und der Text des *Gloria* de beata Maria mit Tropen.

Es folgt das *Credo* ohne Rubrik. Noten zum Anstimmen.

Oratio ante Communionem : Veni Domine Jesu Christe... wie im Missale von 1530.

Die *Praefationen*, sämtlich mit Noten versehen.

Sequitur Praefatio communis : Folgt die Praefatio communis.

In Nativitate Domini : Folgt die Praefatio de Nativitate Domini. Haec Praefatio Nativitatis Domini dicenda est quotidie in omnibus missis, etiam in missis Sanctorum, usque ad Epiphaniam. Et in missis beatae Mariae, usque ad Purificationem.

Infra Canonem : Folgt das Communicantes.

In apparitione Domini : Praefatio. Folgt die Praefatio de Epiphania Domini. Haec Praefatio per octo dies in missa de Epiphania et in missis Dominicarum occurrentium est dicenda.

Infra Canonem : Folgt das Communicantes.

De quadragesima : Folgt die Praefatio de quadragesima. A capite ieiunii usque ad ramos palmarum in feriis et eorum missis quotidie est dicenda.

De sancta Cruce : Folgt die Praefatio de sancta Cruce. In Dominica Palmarum et quatuor diebus sequentibus et in utroque festo sanctae Crucis et quotiescunque de Cruce missa celebratur, haec Praefatio est dicenda. Notandum etiam, quod ea, quae sequuntur, dicenda sunt infra Canonem in missa, quae dicitur Feria quinta in Coena Domini. Folgen Communicantes, Hanc igitur und Qui pridie.

De Resurrectione : Folgt die Praefatio Paschalis. Haec Praefatio cantatur usque ad Ascensionem Domini in feriis et in missis de tempore et de Sanctis, etiam propria Praefatione carentibus. Verba autem illa (Et in hoc potissimum die) dicuntur tantum in die Paschae et per totam hebdomadam, atque etiam

in diebus Dominicis : sed aliis diebus dicendum : sed in hoc potissimum gloriosius praedicare.

Infra Canonem in die Resurrectionis et per octavas. Folgen Communicantes und Hanc igitur.

De Ascensione Domini : Folgt die Praefatio de Ascensione Domini. Haec Praefatio dicitur usque ad Pentecosten.

Infra Canonem : Folgt das Communicantes.

De Pentecoste. Praefatio. Folgt die Praefatio de Spiritu sancto. Haec Praefatio dicitur per totam hebdomadam, et quoties missa celebratur de sancto Spiritu : ubi notandum, quod quando cantatur de sancto Spiritu alio tempore quam infra Octavas Pentecostes, haec verba Hodierna die sunt praetermittenda.

Infra Canonem : Folgt das Communicantes und Hanc igitur.

De sancta Trinitate : Folgt die Praefatio de sanctissima Trinitate. Haec Praefatio cantatur singulis diebus Dominicis a festo Trinitatis usque ad Adventum Domini, quoties fit de Dominica 1).

De Sancta Maria : Folgt die Praefatio de beata Maria Virgine. Notandum, quod haec Praefatio est dicenda, quotiescunque de beata Maria missa celebratur, nisi a Nativitate Domini usque ad festum Purificationis et in festis etiam Purificationis et Annunciationis, in quibus Praefatio Nativitatis Domini cantatur. In vigilia etiam Assumptionis Praefatio communis tantum cantatur.

Praefatio de Apostolis : Folgt die Praefatio de Apostolis. Notandum tamen est, quod quando fit de Evangelista, oportet dicere, sed per beatos Evangelistas tuos, non autem Apostolos.

Cum Sacerdos dicit Sanctus, debet manus iungere et inclinare se : et cum dicit, Benedictus, debet se signare a fronte ad pectus. Sanctus, Sanctus, Sanctus, etc. wie im Missale Pianum.

Canon major :

Vom Te igitur bis zum Pax Domini sind die Texte mit denen des römischen Missale identisch : *Sacerdos extendens et iungens manus elevans ad caelum oculos et statim demittens inclinatus ante altare dicit Te igitur...*

Im Te igitur : ... petimus (*Hic erigat se*). Uti accepta habeas et benedicas (*Signat ter super oblata*) Hec † dona, haec † munera, haec † sancta sacrificia illibata (*Extensis manibus prosequitur*) In primis...

Commemoratio pro vivis : Memento Domine famulorum, famularumque tuarum N. (*iungit manus : orat aliquantulum pro quibus orare intendit : deinde extensis manibus prosequitur*) Et omnium circumstantium... (*Hic levet manus in altum*) : Communicantes...

Im Communicantes : ... muniamur auxilio (*iungit manus*) Per eundem... (*Tenens manus extensas super oblata dicit*) Hanc igitur...

Im Hanc igitur : ... numerari (*iungit manus*) Per Christum... (*Hic erigat se*) Quam oblationem...

Im Quam oblationem : ... quaesumus (*signat ter super oblata*) benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris :

1) Vgl. hierzu M. VAN WAEFELCHEM, s.a., O. S., 117, Anm. 1.

(*signat semel super hostiam, et semel super calicem*) ut nobis Corþpus et Sanþguis...

Im *Qui pridie* : ... pateretur (*accipit hostiam*) accepit... venerabiles manus suas (*elevet oculos ad caelum*) : Et elevatis... gratias agens (*signat super hostiam*) beneþdixit... ex hoc omnes (*Tenens ambabus manibus hostiam, profert verba consecrationis distincte, secrete et attente*) : Hoc est enim Corpus meum. (*Prolatis his verbis consecrationis, statim hostiam consecratam genu flexo adorat : surgit, ostendit astantibus, reponit super corporale, iterum adorat : et non disiungit pollices et indices, nisi quando hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum : tunc detecto calice dicit*) Simili modo postquam coenatum est (*ambabus manibus accipit calicem*) accipiens... gratias agens (*sinistra tenens calicem, dextera signat super eum*) beneþdixit... ex eo omnes. (*Profert verba consecrationis super calicem, tenens illum parum elevatum*). Hic est enim calix... remissionem peccatorum. (*Prolatis verbis consecrationis deponit calicem super corporale et genu flexo adorat : surgit et ostendit populo dicens*) : Haec quotiescunque feceritis... facietis (*deponit, cooperit et iterum adorat, deinde extendit brachia in modum crucis*). Unde et memores...

Im *Unde et memores* : ... datis (*signat ter super hostiam et calicem simul*) hostiam þ puram, hostiam þ sanctam, hostiam þ immaculatam (*signat semel super hostiam et semel super calicem*) panem þ sanctum vitae aeternae et calicem þ salutis perpetuae. (*Ponit manus iunctas super utrumque dicens*) : Supra quae propitio... (*Profunde inclinatus cancellatis manibus dicit*) : Supplices te rogamus...

Im *Supplices te rogamus* : ... Ut quotquot (*hic erigit se et osculatur altare*), ex hac... filii tui (*signat semel super hostiam et semel super calicem*), Corþpus et Sanþguinem sumpserimus (*seipsum signat*), omni beneþdictione caelesti... (*Commemoratio pro defunctis*). Memento etiam Domine...

In der *Commemoratio pro defunctis* : ... in somno pacis N. (*iungit manus, orat aliquantulum pro his defunctis, pro quibus orare intendit : deinde extensis manibus prosequitur*). Ipsis Domine... (*Tundat pectus et exaltet vocem*) : Nobis quoque peccatoribus...

Im *Per quem haec omnia* : ... bona creas (*Hic signet utrumque*) Sanctiþficas, viviþficas, beneþdicens et praestas nobis. (*Hic faciat quatuor cruces super calicem cum hostia et quintam in labra calicis*). Per þ ipsum et cum þ ipso et in þ ipso est tibi Deo þ Patri omnipotenti in unitate Spiritus sancti þ omnis honor et gloria. (*Hic tangat calicem cum oblata et mutet vocem. Nec reponat hostiam super corporale, sed teneat eam super calicem, quousque pervenerit ad Panem nostrum et tunc ostendat manu extensa et elevata supra latus dextrum, magna cum reverentia, more matricis Ecclesie Praemonstratensis, ut adoretur Christus oblatus in hoc augustissimo sacramento pro omnibus*). Per omnia saecula... (*Hic elevet patenam dicens sub silentio*) : Libera nos quaesumus...

Im *Libera nos quaesumus* : ... in diebus nostris (*Hic osculetur patenam faciendo crucem*) ut ope miseriþcordiae... semper liberi (*Hic signet se cum patena in fronte*), et ab omni perturbatione securi (*Hic dividat hostiam per medium super calicem dicens*) Per eundem... filium tuum (*Hic dividat alteram partium*) qui tecum vivit et regnat... sancti Deus (*Levet calicem dicens*) Per omnia saecula... (*Hic faciat ter crucem cum tertia parte hostiae super*

calicem dicens) : Pax Do^tmini sit [†] semper vo^tbiscum. Et cum Spiritu tuo. Agnus Dei... Dreimal wie im Missale Pianum. (*In missis pro defunctis omisso Miserere nobis dicitur dona eis requiem; et tertio additur sempiternam. (Dimittat tertiam partem in calicem dicens). Haec sacrosancta commixtio... wie im Missali von 1530. (Cum missa celebratur pro defunctis non datur Pax : ideo oratio, quae proxime sequitur scilicet Habete vinculum non dicitur). Habete vinculum... wie im Missale von 1530. (Hac oratione peracta exosculetur Diaconus Sacerdotem dicens : Pax tibi pater et sanctae Ecclesiae. Et sacerdote exosculato ac Subdiacono : Subdiaconus Novitium ministrum exosculetur, qui quidem Novitius statim veniet summa cum humilitate ad Abbatem in Choro existentem vel eo absente ad priorem : deinde suo ordine ad singulos religiosos et exosculetur eos dicens unicuique : Pax tibi frater. Christus enim pax nostra offertur Deo in reconciliationem nostram. Et ideo nos invicem reconciliatos esse oportet, ut haec hostia oblata sit nobis propitia. Non ascendet autem Novitius gradus superiores, sed manebit in subselliis inferioribus).*

Ante perceptionem : Domine Jesu Christe, fili Dei vivi... wie im Missale von 1530.

Post perceptionem : Perceptio corporis, Domine Jesu Christe... wie im Pianischen Missale. (*Tunc tenens ambas partes hostiae inter pollicem et indicem sinistrae manus et dextera percutiens pectus dicit ter*) : Domine non sum dignus... wie im Pianischen Missale. (*Postea dextera se signans dicit*) : Corpus Domini nostri Jesu Christi... wie im Pianischen Missale. (*Deinde discooperit calicem et dicit*) : Quid retribuam Domino... wie im Pianischen Missale. (*Accipit calicem et eo signans dicit*) : Sanguis Domini nostri Jesu Christi... wie im Pianischen Missale. (*Et sumit totum Sanguinem cum particula, quo sumpto dicit*) : Quod ore sumpsimus... wie im Pianischen Missale. (*Interim porrigit calicem ministro, qui infundat parum vini et aquae ut celebrans se purificet : deinde prosequitur dicens*) : Corpus tuum Domine... wie im Pianischen Missale.

Oratio post missam, quae dicitur statim post *Ite missa est vel Benedicamus Domino vel Requiescant in pace. Sacerdos enim inclinans se ante medium altaris dicat* : Placeat tibi sancta Trinitas... wie im Pianischen Missale...

Postea legit Euangelium secundum Joannem *In principio. Si autem illud Euangelium lectum fuerit in missa, pro eo dicat Euangelium secundum Lucam* *Missus est Gabriel, f. 4 in Feria IIII quatuor temporum adventus.*

Deinde pro gratiarum actionibus dicat antiphonam *Trium puerorum, Psalmi Benedicite omnia...* Die Danksagungsgebete einschliesslich der drei Orationen sind dem Missale von 1530 entnommen.

« Sequuntur accidentia misse ».

Wörtlich aus dem Missale von 1530 entlehnt.

Oratio post communionem : Gratias ago tibi... wie im Missale von 1530.

Alia oratio post communionem : O serenissima et inclyta mater... wie im Missale von 1530.

Item alia oratio : Laudo, benedico et gratias ago... wie im Missale von 1530.

Item alia oratio sancti Thomae : Gratias tibi ago Domine sancte pater omnipotens, aeternae Deus... wie im Missale Pianum.

Item alia oratio sancti Bernardi : O bone Jesu, o piissime Jesu, o dulcissime Jesu, o Jesu fili Mariae virginis, plenus misericordia et pietate. O dulcis Jesu, secundum magnam misericordiam tuam miserere mei. O clementissime Jesu, te deprecor per illum sanguinem preciosum, quem pro peccatoribus effundere voluisti, ut abluas omnes iniquitates meas et in me respicias miserum et indignum humiliter veniam petentem et hoc nomen sanctum Jesus invocantem. O nomen Jesu, nomen dulce : nomen Jesu, nomen delectabile : nomen Jesu, nomen confortans. Quid est enim Jesus nisi salvator ? Ergo Jesus propter nomen sanctum tuum esto mihi Jesus et salva me : ne permittas me damnari, quem tu ex nihilo creasti. O bone Jesu, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O dulcis Jesu, recognosce, quod tuum est, et absterge, quod alienum est. O benignissime Jesu, miserere mei, dum tempus est miserendi : ne damnas me in tempore iudicandi. Quae utilitas in sanguine meo, dum descendero in aeternam corruptionem ? Non mortui laudabunt te, Domine Jesu, neque omnes, qui descendunt in infernum. O amantissime Jesu, o desideratissime Jesu, o mitissime Jesu, o benigne Jesu, o Jesu, Jesu, Jesu, admitte me intrare in numerum electorum tuorum. O Jesu, salus in te credentium. O Jesu, solatium ad te confugientium. O Jesu, dulcis remissio omnium peccatorum. O Jesu, fili Mariae virginis, infunde in me gratiam, sapientiam, charitatem, castitatem et humilitatem, ut possim te perfecte diligere, te laudare, te perfrui, tibi servire et in te gloriari, et omnes, qui invocant nomen tuum, quod est Jesus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

III.

Missale Sulkonis, Praepositi Chotieschoviensis (1384-1407). Bibl. Tepl. b 5 (Cod. 10), Pgm. XIV. Jahrh. (Nentwich, a. a. O. S. 7), fol. 7a-36a.

Incipit preparacio sacerdotis ad missam et primum dicitur ymnus : Veni creator spiritus. *Antiphona* : Ne reminiscaris Domine... wie im Missale von 1530 2). *Psalmi* : Quam dilecta... Benedixisti Domine... Inclina Domine... Credidi... Appropinquet deprecacio mea...; *Antiphona* : Ne reminiscaris... Kyri eleison, Christe eleison, Kyri eleison. Pater noster... Et ne nos... ♯. Ego dixi Domine miserere... ♯. Proba me Domine... ♯. Non veniat mihi pes superbie... ♯. Sacerdotes tui induantur... ♯. Esto nobis Domine turris fortitudinis... ♯. Domine exaudi oracionem meam... Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus : Suppliciter te Deus, pater omnipotens... fast wie im Missale von 1530.

Item alia collecta : Assit nobis quesumus, Domine, virtus Spiritus sancti, que et corda clementer expurget et ab omnibus tueatur adversis. Per.

Item alia collecta : Exaudi quesumus, Domine, supplicum preces et confitencium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgenciam tribuas benignus et pacem.

2) Der Raumersparnis halber sind unbedeutende Abweichungen in den folgenden Texten nicht verzeichnet.

Der Raumersparnis halber ist von den folgenden Orationen, die sich durch ihre Länge auszeichnen, nur das Incipit abgedruckt worden, um gegebenenfalls eine Identifizierung zu ermöglichen.

Oracio ante missam : Non de meritorum meorum qualitate confisus presumo accedere ante conspectum divine maiestatis tue, Domine Deus, sed pro tua ineffabili pietate, qui dignatus es peccatores ad tuam misericordiam vocare et ad te venientibus dignatus es piissimam indulgentiam et sempiternam gratiam conferre...

Item alia oracio : Summe sacerdos et vere pontifex, Domine Jhesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam vivam, puram et immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus...

Item alia : Summe sacerdos et vere pontifex, Domine Jhesu Christe, Deus et homo, qui regnas in unitate princeps et pater caput humane nature...

Item alia : Benignissime, misericordissime ac clementissime Domine Deus pater omnipotens, cui omnis famulatur virtus...

Item alia : Ad mensam dilectissimi convivii tui, Domine Jhesu Christe, rex angelorum et Domine...

Item alia : Domine Jhesu Christe, qui dixisti : qui manducat carnem meam et bibit sangwinem meum, in me manet et ego in eo...

Item alia : Omnipotens et misericors Deus, ecce accedo ad sacramentum corporis et sangwinis Domini nostri Jhesu Christi...

Ante communionem : Deus, qui de indignis dignos, de immundis mundos, de peccatoribus iustos facis...

Ante communionem : O sancte Spiritus, qui uterum beate virginis Marie fecundasti eamque filium Dei parere fecisti...

Item ante communionem : Domine Jhesu Christe, immensam clemenciam tuam humili devocione depono, ne irascaris michi indigno famulo tuo...

Item alia : Consciencia quidem trepida omnipotens Deus ad sanctum altare tuum accedo indignus sacrosancti corporis et sangwinis tui misterium sumere...

Ante communionem oracio : Domine sancte pater omnipotens eterne Deus, concede michi reo et infelicissimo peccatori, famulo tuo...

Item ante communionem : Eya dulcis anima soror mea cara, tuo dilectissimo sponso lectum cordis para...

Post communionem oraciones sequentes : Gracias ago tibi, Domine sancte pater omnipotens, rex celi et terre, pro universis beneficiis tuis et deprecor te, ut per intercessionem et merita mitissime virginis Marie et omnium sanctorum me miserum peccatorem, famulum tuum...

Item post communionem : Eya Deus meus, misericordia mea, remitte michi misero peccatori omnia peccata mea...

Dann fehlen Blätter.

Die Praefationen, sämtlich mit Noten versehen :

Die Praefatio communis ohne Rubrik, wahrscheinlich ist diese mit dem vorausgehenden Blatte ausgefallen.

In Nativitate Domini : Folgt die Praefatio de Nativitate Domini. *Infra accionem* : Folgt das Communicantes.

In Epyphania Domini : Folgt die Praefatio de Epiphania Domini. *Infra accionem* : Folgt das Communicantes.

In ieiunio : Folgt die Praefatio de quadragesima.

In palmis sequens : Folgt die Praefatio de Sancta Cruce mit Communicantes, Hanc igitur und Qui pridie.

In pasca : Folgt die Praefatio Paschalis. *Infra accionem* : Folgt das Communicantes und Hanc igitur.

In Ascensione Domini : Folgt die Praefatio de ascensione Domini. *Infra accionem* : Folgt das Communicantes.

In die sancti Spiritus prephacio : Folgt die Praefatio de Spiritu Sancto. *Infra accionem* : Folgt das Communicantes. *Infra accionem* : Folgt das Hanc igitur.

De sancta Trinitate : Folgt die Praefatio de sanctissima Trinitate.

De beata virgine : Folgt die Praefatio de beata Maria Virgine.

De apostolis prephacio : Folgt die Praefatio de Apostolis.

Folgt das *Gloria* de beata Maria mit Tropen (Kein anderes Gloria), ohne Noten.

Es folgt das *Credo* ohne Rubrik und ohne Noten.

Infolge Blattverlustes ist hier eine Lücke im Text; daher fehlt auch der Canon minor. Der Text beginnt wieder mitten im Communicantes.

Canon major :

Vom *Te igitur* bis zum *Pax Domini*, Text des Canon.

Im *Quam oblationem* : ... bene+dixit, ascrip+tam, ra+tam... cor+pus et san+guis...

Im *Qui pridie* : ... benedi+xit... dicens... (*Hic levat hostiam*) Accipite et manducate... Hoc est enim corpus meum (*Hic levat calicem*) Simili modo... bene+dixit... (*Hic deponit calicem*) Hec quocienscumque... (*Hic manus extende*) Unde et memores... hos+tiā puram, hos+tiā sanctam, hos+tiā immaculatam, pa+nem sanctum vite eterne et ca+licem salutis perpetue. (*Manus super calicem ponas*) Supra quae propicio... (*Manibus cancellatis*) Supplices te rogamus...

Im *Supplices te rogamus* : ... altaris tui (*osculando altare*) participatione sacrosanctum filii tui Cor+pus et Sanguin+em... (*Hic recitantur nomina defunctorum*) Memento etiam Domine... (*Hic pectus tunde*) Nobis quoque peccatoribus...

Im *Per quem haec omnia* : ... sancti+ficās, vi+vivificās, bene+dixis... Per ip+sum et cum ip+so et in ip+so... in uni+tate... (*osculando patenam*) Da propicius pacem... (*Hic dividat hostiam*) Per eundem Dominum... (*Dicitur*) Per omnia secula seculorum... (Vor dem *Pax Domini*...) Agnus Dei... (Dreimal, wie im Missale Pianum). (*Hic corpus Christi in calicem ponit*) Hec sacrosancta commixcio corporis et sanguinis... wie im Missale von 1530.

Oracio : Domine Jhesu Christe, qui dixisti apostolis tuis : pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesie tue, eamque secundum voluntatem tuam (*osculando altare*) pacificare, custodire, adunare et regere digneris. Qui vivis et regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Cum pacem det : Habete vinculum caritatis et pacis... wie im Missale von 1530. (*Inclinans se dicat hanc*) Domine Jhesu Christe, fili Dei vivi... wie im Missale von 1530, nur ist die Schlussformel Qui vivis etc. ausge-

schrieben. Percepicio corporis et sanguinis Domini nostri Jhesu Christi... wie im Missale von 1530.

Post missam oracio : Placeat tibi...

Antiphona Trium puerorum *ut habetur in principio libri ante oraciones et cetera.* (Durch Blattverlust ausgefallen).

IV.

Missale Sigismundi abbatis, 1460 vollendet. — Bibl. Tepl. E9 (Cod. 34), Pgm. XV. Jahrh. (Nentwich *a. a. O.* S. 13). fol. 171a-186b.

Gloria und Credo ohne Noten, das Gloria de beata Maria fehlt.

Canon major :

Sequitur : Veni invisibilis sanctificator... wie im Missale von 1530. — Suscipe sancta Trinitas... von einigen unwichtigen Abweichungen abgesehen wie im Missale von 1530. (*Vertens se ad populum*) Orate pro me peccatore, fratres et sorores, ut meum pariter et vestrum in conspectu Domini acceptum sit sacrificium. (*Secuntur collectae secreta, etc.*)

Die Praefationen, sämtlich mit Noten versehen :

Prephacio de nativitate Domini, que ipsa die ad omnes missas canitur et cottidie usque ad epyphaniam tam in missa nativitatis quam sanctorum et sabbato de sancta Maria usque ad purificationem et ipso die et annunciationis 3). Folgt die Präfatio de Nativitate Domini mit Communicantes.

3) Aus dem Liber Ordinarius, M. VAN WAEFELGHEM, *a. a. O.* S. 114/7. Quot praefationes recipiende vel quando dicende sint. Decem praefationes tantum ex romana auctoritate susceptas tenemus. Prima est de Nativitate Domini, que ipsa die ad omnes missas, et cotidie usque ad Epyphaniam Domini tam in missa Nativitatis quam sanctorum, et in sabbatis de sancta Maria usque in Purificatione, et in ipsa Purificatione et in Annuntiatione dicenda est. Secunda de Epyphania, que per octo tantum dies ejus tam in missa Epyphanie quam occurrentis dominice dicitur. Tercia de Quadragesimali jejunio, que a capite jejunii usque in ramis palmarum in feriis cotidie frequentatur. Quarta de sancta Cruce, que dominica in palmis, et quatuor diebus sequentibus propter quinque partitam Domini Passionem dicitur; et in utroque festo sancte Crucis, sive quotiens de ea in sexta feria canitur, recolitur. Quinta de Resurrectione Domini, que a Pascha usque ad Ascensionem non solum in dominicis sed etiam in feriis tam in missa de tempore quam de sanctis propria praefatione carentibus cotidie frequentatur. In missis vero familiaribus communis et cottidiana praefatio dicenda est. Et notandum, quod in hac non nisi in ebdomada paschali et in dominicis dicitur; ceteris vero diebus sed in hoc potissimum subaudis tempore. Sexta de Ascensione, que usque ad Penthecosten tam in missa Ascensionis quam dominice occurrentis dicitur. Septima de Penthecoste, que non solum per octo dies, sed etiam quotienscumque de sancto Spiritu cantatur, recolitur; sed hodierna die non nisi per septem dies dicitur. Octava de Trinitate, que in dominicis ab octavis Penthecostes usque ad Adventum Domini, si tamen de dominica cantatur, cum collecta sua frequen-

De epyphania Domini et dicitur per octo dies et occurrentis dominice. Folgt die Praefatio de Epiphania Domini.

De quadragesuma, que a capite ieiunii usque ad diem palmarum in feriis dicitur. Folgt die Praefatio de quadragesima.

De sancta cruce et canitur in palmis et quatuor diebus sequentibus et in utroque festo crucis. Folgt die Praefatio de sancta Cruce.

De resurrectione Domini et dicitur a pascha usque ad ascensionem Domini et etiam in festis propria prephacione carentibus et subaudi. Folgt die Praefatio Paschalis.

De ascensione Domini et dicitur usque ad penthecosten. Folgt die Praefatio de Ascensione Domini.

De penthecosten et dicitur per octavam. Folgt die Praefatio de Spiritu Sancto.

De sancta Trinitate. Folgt die Praefatio de sanctissima Trinitate.

De sancta Maria. Folgt die Praefatio de beata Maria Virgine.

De apostolis et evangelistis. Folgt die Praefatio de Apostolis.

Communis et cottidie canitur. Folgt die Praefatio communis.

Canon maior :

Vom *Te igitur* bis zum *Pax Domini* mit dem des römischen Missale identisch, nur die Rubriken weichen ab.

Im *Te igitur* : ... benedicas † hec dona, hec † munera, hec sacrosancta † sacrificia... (*Hic recitat nomina vivorum*) Memento Domine...

Im *Communicantes* : ... muni†amur... (*Inclinans se ante altare dicat*) Hanc igitur...

Im *Hanc igitur* : ... in tua pace disponas (*Hic se erigat*) atque ab eterna dampnatione... (*Hic discoperiat calicem et dicat*) Quam oblacionem...

Im *Quam oblacionem* : ... bene†dictam, ascrip†tam, rat†am, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, ut nobis cor†pus et sang†wis fiat... (*Hic tergat digitos in corporali et dicat*) Qui pridie quam pateretur (*Hic accipiat hostiam*) accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas (*Hic suspiciat in celum*) et elevatis oculis in celum ad te Deum Patrem suum omnipotentem tibi gratias agere bene†dixit... Hoc est enim corpus meum. (*Hic elevet hostiam supra se et deposita accipiat calicem et dicat*) Simili modo...

Im *Simili modo* : ... bene†dixit... (*Hic elevet et deponat et inclinet se ante altare et dicat*) Unde et memores... Dei nostri (*Hic se extendat ad modum crucis*) tam beate passionis... hosti†am puram, hosti†am sanctam,

tatur; que etiam in Dedicatione ecclesie et sollempnitate omnium sanctorum dicenda est. Nona de sancta Maria, que quotiens de ea canitur nisi in vigilia ipsius, et post Nativitatem Domini dicitur. Decima de apostolis, que in festis omnium apostolorum et euvangelistarum dicitur, excepto festo sancti Johannes euvangeliste, quando de Nativitate Domini dicitur. Preter has decem nulla prorsus admittitur, sed in dominicis adventus Domini et dominicis post octavas Epyphanie usque ad dominicam palmarum, sive festis sive feriis, que aliquam harum non recipiunt, et etiam pro defunctis communis tantum et cotidiana prefatio dicitur.

hostiam immaculatam, panem † sanctum vite eterne et calicem salutis perpetue. (*Hic elevet sursum manus*) Supra quae propitio... (*Hic componat manus ad modum crucis*) Supplices te rogamus... maiestatis tue (*osculetur altare*) et presta... corpus † et sangwinem † sumpserimus omni benedictione celesti et gracia...

Im *Memento mortuorum* : ... in sompno pacis (*Hic recita nomina mortuorum*) Ipsi Domine... (*Elevet vocem alcius*) Nobis quoque peccatoribus... (*Discoperiendo calicem dicat*) Per quem hec omnia... sanctificas, vivificas, benedixisti et praestas nobis. (*Hic accipiat hostiam et cum ipsa consignet calicem dicens*) Per ipsum † et cum ipso et in ipso est tibi Deo patri † omnipotenti in unitate Spiritus sancti... (*Voce alta dicat*) Per omnia secula seculorum... Pater noster... Sed libera nos a malo (*Accipiendo patenam dicat*) Amen.

Im *Libera nos quaesumus* : (*Hic se consignet cum patena*) Da propicius pacem... securi (*frangendo hostiam*) Per eundem... filium tuum (*deinde secundam partem frangendo dicat*) Qui tecum vivit... (*Hic erecto parum calice*) Per omnia secula seculorum. Amen. (*Cum particula signet calicem*) Pax † Domini sit † semper vobiscum. (*Commiscendo corpus Christi cum sangwine*) Hec sacrosancta commixcio corporis et sangwinis... wie im Missale von 1530. Agnus Dei... dreimal wie im Missale Pianum. Domine Jhesu Christe, qui dixisti apostolis tuis... wie im Missale von 1530. (*Pacem dans dicat*) Habete vinculum pacis et karitatis... wie im Missale von 1530. Pax Christi et ecclesie semper habundet in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Ante perceptionem : Domine sancte Pater omnipotens, eterne Deus, da michi hoc corpus et sangwinem Christi tui Domini nostri ita sumere, ut merear per hoc remissionem peccatorum meorum accipere et tuo sancto Spiritu repleri, quia tu es solus et preter te non est alius, cuius gloriosum nomen permanet in secula seculorum. Amen. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabor. Domine si vis, potes me mundare. Deus, propicius esto michi peccatori. Domine noverim me, noverim te. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Panem celestem... wie in Missale Pianum. (*Hicumat post perceptionem corporis*) Corpus Domini nostri Jhesu Christi custodiat animam meam et corpus meum in vitam eternam. *Oratio* : Perceptio corporis tui, Domine Jhesu Christe, quam ego indignus sumere presumo, non michi in iudicium proveniat et condemnationem sed pro tua (versehentlich doppelt) pietate prosit michi ad tutamentum anime et corporis. Qui cum Deo Patre. (*Accipiens calicem*) Quid retribuam... wie im Missale Pianum. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Post sumpcionem sangwinis : Corpus et sangwis Domini nostri Jhesu Christi custodiat animam meam et corpus meum et conservet me in vitam eternam. Communicacio et confirmacio sancti sangwinis tui, Domine Jhesu Christe, prosit michi in remissionem omnium peccatorum meorum et confirmet me ad vitam perpetuam. Amen.

Post sumpcionem corporis et sangwinis : Corpus tuum, Domine Jhesu Christe, quod ego miser accepi et sangwis, quem ego indignus sumere presumpsi, adhereat anime mee et corpori meo ad indulgenciam omnium delictorum meorum et presta, omnipotens Deus, ut ibi non sit ulla macula

peccati, ubi tua sancta intraverunt sacramenta. Qui vivis. Domine Jhesu Christe, fili Dei vivi... wie im Missale von 1530. Quod ore sumpsimus... wie im Missale Pianum.

Hier endet der Ordo Missae, der Schluss ist durch eine Blattlücke ausgefallen, das Proprium de tempore beginnt erst mit dem ersten Sonntag nach Trinitatis.

Schlüsselvermerk. Venerabilis in Christo pater et Dominus Dominus Sigismundus, Abbas monasterii Teplensis, hoc missale comparavit. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

V.

CPL. (455) 45. 4).

Vielhaber, a. a. O. Nr 45. Membr. saec. XIV. et XV. Missale (ut videtur Ord. Praemonstratensis forsán ab initio pro usu Canoniae Plagensis scriptum). fol. 41a-44b.

Canon minor : Veni invisibilis sanctificator... wie im Missale von 1530. Suscipe sancta Trinitas hanc oblacionem servitutis nostre, quam tibi offerimus ad memoriam passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri Jhesu Christi et ad honorem beate et gloriose semperque virginis Marie et omnium sanctarum celestium virtutum et omnium sanctorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem et ut illi omnes pro nobis et cunctis fidelibus defunctis orare dignentur in celis, quorum memoriam facimus in terris, Salvator mundi. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia... Orate pro me peccatore, fratres et sorores, ut pariter meum et vestrum in conspectu Domini acceptum sit sacrificium.

Canon major :

Vom *Te igitur* bis zum *Pax Domini* Text des Canon mit süddeutschen Eigenheiten.

Eine einzige Rubrik : (*Hic leva manus*) Supra quae...

Agnus Dei... dreimal wie im Missale Pianum.

Hec sacrosancta commixtio corporis et sanguinis... wie im Missale von 1530.

Habete vinculum pacis... wie im Missale von 1530.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris coperante spiritu sancto per mortem tuam mundum vivicasti (sic!) : libera me per hoc sacrosanctum corpus et sanguinem tuum a cunctis iniquitatibus et universis malis : et fac me tuis semper obedire mandatis, et a te nunquam in perpetuum permittas seperari. Qui vivis et regnas cum eodem Patre in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum.

4) Für eine Ueberprüfung von Cpl. (455) 45 und Cpl. (824) 254 bin ich Dr. Boniface Luyckx, O. Praem. zu Dank verpflichtet, auch für mancherlei sonstige Hinweise.

Perceptio corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi prosit anime mee et corpori meo in vitam eternam.

Quod ore sumpsimus, pura mente capiamus et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per Cristum Dominum nostrum.

Placeat tibi... te miserante propitiabile. Qui vivis et regnas.

VI.

CPL. (824) 254.

Vielhaber, *a. a. O.* Nr 222. Membr. Saec. XV. (Missale O. Praem. in usum canoniae Plagensis). fol. 128b-143b.

Gloria et Credo (mit Choralnoten).

Primum Gloria canitur in summis festis, *secundum vero Gloria* canitur in minoribus festis.

Gloria de Beata Virgine Maria.

Istud, quod antecedit *Gloria*, canitur de virginibus.

Quibus diebus *Credo in unum* cantetur.

Credo in unum canitur omnibus Dominicis in utraque missa et nativitate Domini ad omnes missas et per totam ebdomadam et ad omnes missas tam nativitatis quam sanctorum; praeter missas sancti Silvestri et sancti Tome et in omni octava die sollempnium octavarum, si tamen prima die canitur; praeter octavas sancti Stephani et Innocentium. In Circumcisione et in Epiphania; in Pascha per totam ebdomadam; in Ascensione sola die; in Penthecoste per totam ebdomadam; in utroque festo sancte Crucis; in omnibus festis S. Marie virginis; in festis omnium apostolorum et ewangelistarum; in nativitate sancti Johannis Baptiste ad utramque missam; in festo omnium sanctorum, in dedicacione ecclesie, et quando de Spiritu sancto in qualibet feria, et quando de sancta Maria cantatur.

Credo festivale, feriale (mit Choralnoten) 5).

Canon major :

Post infusionem calicis : Fiat hec commixcio vini et aquae in nomine Domini nostri Jhesu Christi, de cujus latere exivit sanguis et aqua in redempcionem nostram.

Elevans calicem dic : Offerimus tibi Domine calicem salutis perpetuae et depraecamur clementiam tuam, ut in conspectu divine majestatis tue cum odore suavitatis ascendat.

Benediccio panis et calicis : Veni invisibilis sanctificator, sanctifica hoc sacrificium tibi paratum. (*Hic inclinatus dicat*) : Suscipe sancta Trinitas hanc oblacionem servitutis nostrae, quam tibi offerimus ad memoriam passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri Jhesu Christi et ad

5) Die Rubrik über den Gebrauch des Credo ist wörtlich dem alten Ordinarius entlehnt s. M. VAN WAEFELCHEM, *a. a. O.* S. III ff.

honorem beate et gloriose semperque virginis Marie et omnium sanctorum celestium virtutum et omnium sanctorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem, et ut illi omnes pro nobis et pro cunctis fidelibus vivis et defunctis orare dignentur in celis, quorum memoriam facimus in terris. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate) Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum (*Hic vertat se ad populum, dicat*) : Orate pro me peccatore, fratres et sorores, ut pariter meum et vestrum in conspectu Domini acceptum sit sacrificium.

Domine exaudi oracionem meam. Et clamor meus (ad te) veniat. Dominus vobiscum. Oremus.

Praefationes (mit Choralnoten) 6) :

Decem praephaciones tamen ex Romana auctoritate receptas tenemus.

Prima est de nativitate Domini, quae ipso die ad omnes missas et cottidie usque ad Epiphaniam tam in missa nativitatis quam sanctorum et in sabbato de sancta Maria et in ipsa Purificatione et Annuncciatione dicenda est de nativitate Domini nostri Ihesu Christi. Folgt die Praefatio de Nativitate Domini.

Secunda de Epyphania, quae per octavas tamen dies tam in eadem missa quaedam occurrentis Dominice dicitur. Folgt die Praefatio de Epiphania Domini mit Communicantes.

Tertia de quadragesimali ieiunio, quae a capite ieiunii usque ad ramos palmarum in feriis cottidie frequentatur. Folgt die Praefatio de Quadragesima.

Quarta de Sancta Cruce, quae dicitur in palmis et quatuor diebus sequentibus propter quinque partitam Domini passionem; et in utroque festo S. Crucis, sive quociens de ea sexta feria cantatur. Folgt die Praefatio de Sancta Cruce mit Communicantes, Hanc igitur und Qui pridie.

Quinta de Resurreccione Domini, quae a pascha usque ad ascensionem non solum in dominicis, sed in feriis, tam in missa de tempore quam de sanctis propria praephacione carentibus cottidie frequentatur. Et notandum quod in hac potissimum die nisi in ebdomada paschali et in dominicis diebus dicitur. Folgt die Praefatio paschalis mit Communicantes und Hanc igitur.

Sexta de Ascensione usque ad Penthecosten in missa ascensionis quam dominice occurrentis dicitur. Folgt die Praefatio de Ascensione Domini mit Communicantes.

Septima de Penthecostes dicitur, quae non solum per octavas dies dicitur, sed quocienscumque de Spiritu Sancto cantatur, recolitur, sed hodierna die non nisi per octavas dies dicitur. Folgt die Praefatio de Spiritu Sancto mit Communicantes.

Octava de S. Trinitate usque ad adventum Domini, sed tamen, cum dominica cantatur, cum collecta frequentatur, quae etiam in dedicatione ecclesie et in festo omnium Sanctorum sollempniter dicenda est.

Der Praefatio de Apostolis, De beata virgine und der Cottidiana praefacio gehen keine Rubriken mehr voraus.

6) Auch die Rubriken bez. der Präfationen stammen von dort s. M. VAN WAEFELGHEM, a. a. O. S. 114 ff.

Canon major :

Vom *Te igitur* bis zum *Pax Domini*. Text des Canon mit süddeutschen Eigenheiten.

Im *Te igitur* : ... *benedicas (Super utrumque dic) Hec do†na...*

In der *Commemoratio pro vivis* : ... *familiarumque tuarum (Hic recita nomina vivorum) Et omnium circumstancium...*

Im *Communicantes* : ... *concedas, ut in omnibus (Signa te ipsum) protecci†onis...*

Rubrik zum *Hanc igitur* : (*Hic inclina te usque ad altare*) *Hanc igitur...*

Im *Hanc igitur* : ... *accipias (Hic erige te) diesque nostros...*

Im *Quam oblationem* : ... *quaesumus (Super utrumque) Bene†dictam... sang†wis (Expande manus in altum) Fiat dilectissimi Filii tui... (Tolle hostiam) : Qui pridie...*

Zur *Wandlung* : (*Dic verba consecracionis et sustolle hostiam et statim depone*) : *Hoc est enim corpus meum. (Hic depone corporale et leva calicem) Simili modo... ex eo omnes. (Dic verba consecracionis calicis) Hic est — in remissionem peccatorum. (Hic eleva calicem) Hec quocienscumque facietis... (Expande brachia in altum) Unde et memores... (Hic expande manus in modum crucis) Supra quae propicio... (Inclina te ante altare) Supplices te rogamus...*

Im *Supplices te rogamus* : ... *ut quotquot ex hac altaris (Hic osculando altare) partici†pacione, sacrosanctum filii tui cor†pus et sang†wine sumpserimus (Hic benedic te ipsum) omni benediccione † celesti et gracia repleamur...*

In der *Commemoratio pro defunctis* : ... *pacis N. (Hic recita nomina mortuorum) Ipsis Domine... (Dic alta voce et tunde pectus) Nobis quoque peccatoribus...*

Im *Per quem haec omnia* : ... *bona creas (Super utrumque) sancti†ficas, vivi†ficas, bene†dicis et praestas nobis. (Hic fac quinque cruces cum hostia) Per † ipsum et cum † ipso et in ip†so est tibi † Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus † Sancti omnis honor et gloria. (Eleva hostiam cum calice) Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus. (Depone hostiam et cooperi calicem) Perceptis salutaribus moniti.*

Zum *Libera nos, quaesumus*, ist von anderer Hand die Rubrik « *Accipe patenam* » am Rande nachgetragen worden 7).

Im *Libera nos, quaesumus* : ... *da propicius (Hic oscula patenam) pacem... Von anderer Hand ist am Rande die Rubrik « Omittes osculum in missis defunctorum » nachgetragen worden. ... perturbacione securi (Ad primam fraccionem) Per eundem... filium tuum. (Ad secundam fraccionem) Qui tecum... Sancti Deus.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Fiat hec commix†cio corporis et sanguinis Domini nostri Jhesu Christi michi et omnibus sumentibus salus mentis et corporis et ad vitam eternam capescendam preparacio salutaris. In nomine Patris et Filii

7) Sämtliche Randnachträge stammen von einer Hand, sodass also eine systematische Durchkorrigierung erfolgt ist.

et Spiritus Sancti. (*Inclinatus dic*) Domine Jhesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis... wie im Missale von 1530.

Zu diesem Gebete ist am Rande von anderer Hand folgende Rubrik nachgetragen : In missis defunctorum haec oratio omittitur. Zum Worte pacificare ist ein Kreuz angebracht und am Rande von der gleichen Hand die Rubrik nachgetragen worden : Fac crucem in medio altaris et oscula.

Habete † vinculum... wie im Missale von 1530. Zu diesem Gebete ist am Rande von anderer Hand folgende Rubrik nachgetragen worden : Hic oscula ymaginem.

Pax Christi et sancte Ecclesie tue habundet semper in cordibus vestris (verbessert aus nostris) per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Zu diesem Gebete ist am Rande von anderer Hand die Rubrik nachgetragen : Ad latus dextrum tangendo partem corporis.

Pax Christi et ecclesie tue, vade in pace. (*Inclinatus ante altare dic*) Domine Jhesu Christe, Filii Dei vivi, qui ex voluntate Patris cooperante Spiritu Sancto per mortem tuam mundum vivificasti : libera me indignum famulum tuum queso per hoc sacrosanctum corpus et sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis et fac me semper tuis obedire mandatis et nunquam permittas me a te separari. Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen. (*Inclinatus dic*) Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

Salvum me fac et salvus ero, quoniam laus mea tu es. Hinter diesem Gebet ist von der Hand, die die nachträglichen Rand korrekturen angebracht hat, etwas nachgetragen worden; einzelne Worte sind nicht mehr lesbar : Panem celestem ...?... haec perceptio corporis et post hoc corpus ...?...

(*Tunde pectus et dic*) Deus propicius esto michi peccatori et parce peccatis meis propter nomen sanctum tuum. (*Hic accipe corpus ad manus*) Perceptio corporis et sanguinis tui, Domine Jhesu Christe, quam ego indignus sumere presumo, non michi proveniat ad iudicium et condemnationem, sed pro tua magna pietate prosit michi ad tutelam anime et corporis. Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen. (*Hic sume corpus*) Panem celestem accipiam et nomen Domini laudans invocabo. In nomine Patris † et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Bei der nachträglichen Korrektur wurde das Wort laudans ausradiert und hinter invocabo ein Verweisungszeichen eingefügt, das auf die am Rande nachgetragenen Worte verweist : laudans Dominum et meum salvatorem.

(*Post sumpcionem dic*) Corpus Domini nostri Jhesu Christi proficiat michi in remissionem omnium peccatorum meorum et omnibus fidelibus defunctis ad veniam et vivis ad salutem et conservet me in vitam eternam. Amen. (*Accipe calicem ad manus et dic*) Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit michi ? Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. (*Sume sanguinem et dic*) Sanguis Domini nostri Jesu Christi proficiat michi in remissionem omnium peccatorum meorum et omnibus fidelibus defunctis ad veniam et vivis ad salutem et conservet me in vitam eternam. Amen. Zu diesem Gebete ist am Rande von anderer Hand die Rubrik nachgetragen worden : Dic ante sumpcionem.

(*Prima locio calicis*) Corpus tuum, Christe, quod ego indignus accepi, et calix, quem potavi, adhereant visceribus meis et praesta, ut ibi nullius peccati remaneant macula, ubi tua sancta introierunt sacramenta. Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Zu diesem Gebet ist am Rande von anderer Hand die Rubrik nachgetragen worden : Dic post sumpcionem.

(*Secunda locio*) Quod ore sumpsimus, pura mente capiamus : et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per Christum Dominum nostrum. Amen. (*Data benedictione inclinatus dic ante altare*) Placeat tibi... te miserante propitiabile. Qui vivis et regnas cum Deo. (*Hic oscula super altare*) Meritis † et intercessione istorum et omnium sanctorum atque electorum suorum salvet et protegat nos omnipotens pius pater et misericors Dominus. Amen.

(*Recessus altaris*) Trium puerorum cantemus impnum, quem cantabant in camino ignis, benedicentes Dominum. Ps. Benedicite omnia opera. Ps. Laudate Dominum omnes gentes. Ps. Lauda anima. Ps. Laudate Dominum in sanctis; Nunc dimittis. Trium puerorum. Kirie eleison. Christe eleison. Pater noster... Et ne nos... Confiteantur tibi omnia... Non nobis Domine... Exsultabunt sancti... Domine exaudi oracionem meam... Et clamor... Deus, qui tribus pueris... wie im Missale Pianum.

Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus, viciorum nostrorum flammas extinguere : qui beato Laurencio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare.

Acciones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni et adiuvando proseguere : ut omnis nostra accio (omnis-accio nachträglich hinzugefügt) et cuncta bona operacio a te semper incipiat et per te incepta finiatur.

Beate et gloriose semper virginis Marie et omnium Sanctorum tuorum, Domine, supplicatione placatus et veniam nobis tribue et remedia sempiterna concede. Per...

(*Secuntur oraciones post communionem*) Sacrosancta percepcio vivifici corporis et sanguinis tui Domine Jhesu Christe, sit michi salus mentis et corporis, sit emendacio vite, correccio morum, sit meorum ablucio scelerum, sit michi defensio contra insidias inimicorum, visibilium et invisibilium, et intercedente piissima genetrice tua semper virgine Maria cum omnibus sanctis tuis sit michi introductio in vitam eternam.

Sit michi pater dulcissime corpus Jhesu Christi, filii tui, suavitatis et dulcedo anime mee, salus et sanctitas in omni temptacione, pax et gaudium in omni tribulacione, lumen et veritas in omni verbo et operacione, solacium et tutela in feriali conservacione.

Mediator Dei et hominum, homo Christe Jhesu, ne mortis deputaremur supplicio, tui sacri corporis et sanguinis redemisti precio : Presta, ut per sumpcionem tui corporis et sanguinis nobis proveniat salus mentis et corporis et omnesque sensus nostri clarescant totiusque in nobis frigescat male voluptatis luxus.